

Lengua y cultura del mundo clásico

Método de Latín

Lección 1

Temas

Declinación en -a
Declinación en -o (sustantivos masculinos)
Conjugación en -a
Los casos
Las preposiciones

Claudia in Hispania nata est, sed nunc in Italia habitat.

Rufus maritus Claudiae est

A

1. Claudia nunc in Italia habitat; antea in Hispania habitabat. Claudia cum agricola nupta est. Claudia nuptias in Hispania celebravit, sed nunc cum familia sua in villa circa Romam sita habitat.
2. Rufus maritus Claudiae est. Proavi Rifi coloni in Lusitania erant. Rufus in Lusitania natus est, sed e Lusitania in Germaniam et postea in Italiam emigravit. Hodie Rufo magnus fundus est, qui prope Romam situs est.
3. Claudia marita proba est. Nunc cenam parare cogitat. Clamat: "Rufe, cenam parabo; apporta e silva ramos et puram aquam fontanam! Hora nona cenabimus."

B

1. Claudia agricolis fabulas narravit. Claudia agricolae fabulam narrat.-
Villae agricolarum parvae non sunt. Agricolae iam diu in villis habitant.
2. Claudia maritum suum advocat. Claudia et Barbara nunc cum maritis suis
in Italia habitant. Claudia antea cum marito suo in Hispania habitabat.
3. Colonis Romanis in Lusitania fundi magni erant. Fundi colonorum
Romanorum magni erant. Coloni, diligenter laborate!

Ejercicios

1. *Identifique todos los genitivos, dativos, acusativos, ablativos y vocativos.*
2. *Conjugue el verbo cogitare en todos los tiempos, personas y modos que han aparecido hasta el momento.*
3. *Compruebe primero cuál es el contenido de las siguientes oraciones en castellano y luego rellene los vacíos correspondientes en latín.*

Agricola iam diu in vill..... su.... habitat. Villa agricol... (*singular*) parv....t.
Italia in Europ... sit... est. Claudia et Barbara cum agricol..... nupt....t.

Rufus marit.... Claudi....t. Claudia et Barbara marit.... prob.....t. Rufus
et Titus in Lusitani..... nat..... , sed e Lusitani..... in Italia..... emigrav....
Hodie Ruf.... fund... magn.... sunt. Fundi prope silv... sit....t. Nunc
Claudia et Barbara cenam para.... cogita.... . "Ruf... et Tit.... cen..... parab...."
"Ramos et aqu....fontan.....e silv..... apporta....!"

4. Traduzca por escrito en un correcto castellano las oraciones de la primera lección.

Lección 2

Temas

Declinación en –o (neutros)
El adjetivo
El dativo instrumental

De castello antiquo

A

1. Non procul a praedio Rufi ruinae castelli sunt. castellum saeculis praeteritis aedificatum est. castellum ad ripam fluvii situm est. fundamentum castelli firmum et altum est.
2. Via lata campos prata, vineta olivetaque secat, quae inter castellum et praedium sita sunt. Hac via vehicula materiam, saxa frumentumque et in oppida finitima et in terras remotas portant.
3. Saepe Rufus et Claudia vehicula spectant, quibus equi robusti iuncti sunt. aurigae locorum bene periti equos incitant.

B

1. Equi prato appropinquaverunt. Praedium olivetis finitum est. libenter Rufus et Claudia ruinas castellorum antiquorum spectant.

Ejercicios

1. Decline en singular y en plural auriga peritus y utilice en el ablativo la preposición *cum* (todo con traducción al castellano).

2. Compruebe primero el significado de la oración en castellano y luego complete lo que falta en latín de acuerdo con el sentido:

Auriga, qui.... frumentu....port...., locorum perit....t. Castell.... non procul
a praedi... Ruf.... et Claudi.... sit.... est. Fundament..... castello.....firm.... sunt.
Vi... lat....vehiculum frument.... port.... Vehicul.... frument.... portavit. Saepe
Ruf.... vehicula spect.... quibus aurig....frument.... portat.

3. Determine morfológicamente y traduzca las siguientes palabras. Entre paréntesis se indica número de posibilidades: terrae (4), nuptiis (2), villam (1), fabulas (1), proavi (3), fundo (2), Rufe (1), ramos (2), praedio (2), fundamentum (3), aurigae (4), vehicula (3).

4. Dé el nominativo singular y el plural de cada uno de los sustantivos del ejercicio anterior.

5. Traduzca a un correcto castellano todo el texto de la lección.

Lección 3

Temas

Masculinos de la declinación en *-o* terminados en *-er*

Adjetivos de la declinación en *-o--/a-*

Conjugación del auxiliar *esse*

La conjugación en *-a*

Rufus agricula strenuus est, qui filios suos optime educat

A

1. Rufus exemplum viri probi est. vicini agricolam strenuum valde aestimant.
iumenta sua diligenter curat.

2. Erga Claudiam semper maxima reverentia est. liberos suos amat
optimeque educat. itaque magistri liberos Rifi et Claudia saepe laudant, nam
probi, praediti studiosique sunt. magistris suis reverentiam debitam
praestant.

3. Versiculos Latinos et graecos, quos magister a discipulis postulat,
diligenter memoriae mandant. etiam pensum grammaticum et
mathematicum, quod magister discipulis mandat, accurate administrant.

B

1. Versiculos tuos, o poeta clare, libenter memoriae mandamus semperque
mandabimus!

2. Erga vos agricolae strenui, maxima reverentia sumus semperque erimus.

Agricolas strenuos amo semperque amabo.

3. Cur fortuna tua contentus non es, magister? cur fortuna tua contentus non estis, magistri?

4. Aegrota sum. quando rursus sana eris?

5. Erga magistrum semper reverentia magna ero.

6. Claudia mox in Italia erit. Agricolae mox rursus in pulchra patria sua erunt. Hodie agricultae liberi incolae patriae suae sunt.

7. Contentus es, puer! contenti este, pueri!

Ejercicios

1. Decline en singular y en plural (en el ablativo con la preposición *a* y todo con traducción al castellano): Puella pulchra, nauta liber, vir praeditus, poëta clarus

2. Pase al imperfecto y al futuro I y traduzca las formas:

Agricolam aestimamus. Diligenter iumenta curas. Liberos amatis. Magistri semper reverentiam praesto. Semper strenui estis. Studiosi sunt. Magistri versiculos postulant. Diligenter versiculos memoriae mandant.

3. Compruebe primero cuál es el contenido de las siguientes oraciones en castellano y luego rellene los vacíos correspondientes en latín.

Rufus et Titus exempl... vir... prob....sunt. Agricol...strenu... (*en plural*) valde aestimam..... Magist..... discipul....strenu..... pens..... grammatic..... mand.... (*todo en plural*). Erga magistr..... (*en plural*) semper reverenti.... maxim... eram.... .

4. Traduzca a un correcto castellano todo el texto de la lección.

Lección 4

Temas

- Declinación consonántica
- El adjetivo de la declinación consonántica
- Números cardinales del 1 al 20
- La conjugación en *-e*
- El verbo irregular *posse*

**De liberis Rifi et Claudioe. Rufus postero tempore
praedium suum vendere cogitat**

A

Tullia et Marcus et Manius liberi Claudioe et Rifi sunt. Marcus et Manius fratres sunt; fratres sororem valde amant. Tullia octo, Marcus undecim, Manius quattuordecim annos natus est. Marcus et Manius interdum patrem adiuvant, cum in agro aut in silva laborat. Tullia summa diligentia in matrem spectat, cum in horto laborat aut cum ad ripam fluminis lintea lavat. Libentissime Tullia in matrem spectat, cum cenam parat. Saepe Tullia gallinis et anseribus pabulum dat. Familia beata est, nam pater, mater, liberique sani et contenti sunt. Liberi in schola semper attenti sunt omniaque memoria tenent, quae magister discipulos docet. Liberi parvo contenti sunt neque possidere desiderant, quae ceterorum discipulorum sunt.

Parentes et liberi laeti sunt, saepe rident, numquam desperant, Rufus post paucos annos praedium ac pecora vendere et Romam sibi domicilio diligere cogitat. Pecunia quaesita una cum amico bono, homine litterato, tabernam librariam in capite sitam emere desiderat, nam laborem minus molestum sibi quaerere exoptat. Saepe dicit: "Caput imperii Romani liberis nostris eruditionem meliorem praestabit. Filiis nostri ibi apud principes magistros in studium iuris Romani incumbere poterunt".

B

Saepe cum amicis sermonem habeo. Cum amicis sermones pulchros habemus. Cum amicis sermones pulchros habebamus. Cras cum amico meo optimo sermonem serium habebo. Cras sermonem cum amicis habebimus. Quamdiu ad aquas manebitis? Parentes diu ad aquas manebunt. Semper cum sociis in amicitia manebo. Cave periculum! Cavete ab hominibus impuris! Cur pecora venditis? Agricolae pecora vendunt. Rufus pecora semper magno pretio vendebat. Mox pecora vendam. Quando pecora vendetis? Mox pecora vendemus. Quando nobis frumentum melius vendes? Frumentum melius tibi vendere non possum. Semper nobis frumentum bonum vendere poterat. Mater Claudioe mulier pauper erat. Roma diu caput imperii Romani erat. Publius amicus vetus Rifi est. Rufus libenter cum Tito vetere amico suo, sermonem instituit. Bis dat, qui cito dat.

Ejercicios

1. *Decline en singular y plural: agricola pauper, mater vetus y oppidum dives (todo con traducción al castellano).* Agricola y mater en el ablativo con *cum*, oppidum con *in* en el ablativo
2. *Compruebe primero el sentido de la oración en castellano y complete luego de acuerdo con el sentido el texto latino. Entre paréntesis se señala el número de posibilidades:* Frate..... tu... quindecim ann.... n....t. Cur soror..... tu..... non adiuvabas? (2). Pater cum matr.... In horto laborabi...- Cur familia beat..... non.....t (2). Quomodo Tulli.... matr.... adiuvabat? Manius in schol.....semper attent...t (3). -Marcus omnia memori.... tene.... (3). Magistr.... discipul.....bon.... libenter doce.....(varias posibilidades). Cur non responde.....(2. pers. sg. pres. e imperf.)?
3. *Pase al imperfecto y al futuro (todo con traducción):* Cum liberis sermonem instituere non potes. Tabernam librariam novam quaero. Equos vendimus. Semper verum dicit. E patria emigrare non possum. Eruditionem meliorem nobis praestat. Libenter cum amicis sermonem habemus. Quamdiu ad aquas manes? Semper pericula cavemus.
4. *Determine el caso y traduzca:* Temporibus antiquis (2), pecori, labores (2), eruditione optima, amicorum veterum, cum amicis divitibus, amice optime!
5. *Traduzca a un correcto castellano la lección.*

Lección 5

Temas

La declinación en -i (sustantivo/adjetivo)
Los pronombres posesivos

Claudia cum Rufo, marito suo, de temporibus praeteritis et de tempore praesenti sermonem familiarem habet

(Pars prior)

A

Claudia: Nunc iam quindecim annos tecum in Italia vivo. Antea cum parentibus meis et cum sorore mea in Hispania vivebam. In villa prope Emeritam Augustam sita habitabamus.

Rufus: Villam vestram optime apparatam, quae non longe a turri antiqua sita est, semper memoria tenebo..

B

Custos de turri alta oculos acres suos in terram vicinam deicit. Numerus omnium turrium, quae Romam, caput imperii Romani ornant, ingens est. Omnes vicini Claudiam et Rufum aestimant. Saepe cum amicis sermonem habeo. Cum amicis nostris sermones pulchros habebamus. Cras sermonem gravem cum amico habebo. Cras sermones graves cum amicis veteribus habebimus. Saepe auxilio celeri opus est. Vires iumentorum magnae erant. Iumentum magna vi aratrum per agrum trahit. Mare internum quod Romani plerumque "nostrum" dicebant, et mare externum, quod Graeci et Romani "Oceanum" appellabant, maria erant, in quibus nautae temporibus antiquis navigabant. Tu, felix Hispania, nube, alii bella gerant!

Ejercicios

6. Compruebe primero el sentido de la oración en castellano y complete luego de acuerdo con el sentido el texto latino. Entre paréntesis se señala el número de posibilidades: Libenter turr... nov spectamus (2). De turr altis custodes terram vicinam spectare possunt. Custos turr....novae nobis bene notus est.
7. Coloque la forma correspondiente de Tiberis (el río Tíber): Libenter in Tiber.... natamus. Libenter in ripa Tiber..... ambulamus. Tiber.....fluvium valde amamus.
8. Compruebe primero el significado de la oración en castellano y luego ponga la forma correspondiente: Angues saepe..... ingent..... (singular y plural) inter se

pugnant. Anguibus v..... ingen..... est/sunt. Angues saepe v.....ingen....(singular y plural) ostendunt.

9. *Transforme las oraciones siguientes en oraciones con el mismo significado con la forma correspondiente de habere y a continuación tradúzcalas:* Agricolae multi agri sunt. Quam multi equi vobis erunt? Patri antea multi equi erant. Parentibus nunc unus equus est.
10. *Ponga la forma correspondiente de todos los adjetivos posesivos y traduzca:* matri.....-cum patre....- ad parentes.....- patrem..... parentum.....
11. *Traduzca la lección por escrito a un correcto castellano.*

Lección 6

Temas

- La declinación mixta
- El pronombre personal (singular)
- El indicativo del presente en voz pasiva
- El indicativo del perfecto y del pluscuamperfecto en voz activa
- Palabras indeclinables
- El uso del acusativo y del ablativo

Claudia cum Rufo, marito suo, de temporibus praeteritis et de tempore praesenti sermonem familiarem habet

(Pars altera)

A

Rufus: Ego quoque nonullos annos in Germania vivebam; in compluribus regionibus ad ripas Rheni fluvii sitis stipendia merebam. Amicus Marcus Caelius in Germania in bello cecidit. Frater eius Publius et sepulcrum constituit et titulum addidit. Postea in Hispaniam veni

Claudia: Sepulcrum amici tui saepe spectavi, nam sepulcrum mihi valde placebat. Aliquando tu et ego simul ante sepulcrum stabamus, sed eo tempore alter alterum nondum cognoveramus.

Rufus: Statim mihi valde placuisti. Aliquot mensibus post te a patre tuo in matrimonium petivi.

Claudia: Et iterum post aliquod tempus felicissimum diem vitae vidi: diem nuptiarum mearum. Cum autem patri excedere et tecum in Italiam emigrare debui, tristissima eram. Nam semper semperque mihi quaestionem proposui: Quando patriam revisam?

Rufus: Primo vita externa tibi molesta erat, sed mox ad patriam meam initio tibi alienam assuevisti. Nunc tu et ego beati sumus: optime valemus, curis vacamus liberisque nostris bene educatis delectamur.

Claudia: Vere sors nostra et vita nostra communis nobis valde placet.

Rufus: Sine dubio etiam tu hodie proverbium probas: Ubi bene, ibi patria!

B

Parentibus a liberis saepe quaestiones difficiles proponuntur. Fratres et sepulcrum constituerunt. Quando sepulcrum novum spectavistis? Nondum in Italia fuimus. Multis rebus nobis opus est. Nam inopia multarum rerum laboramus. Naufragi diu sine spe erant. Oppidum iter diei a villa nostra aberat. Hibernia dimidio minor est quam Britannia. Quando Claudia Rufo nupsit? Dormire non potui. Medias in res! Ultra posse nemo tenetur. Hodie plane felix esse videris, Claudia! Saepe in Graeciam navigare dicimini, amici. Antiquis

vasis valde delector. mensem Maium nos omnes maxime amamus. Ubinam gentium sumus?

Ejercicios

12. Decline en singular y plural con traducción al castellano: civis Romanus (*el ablativo con la preposición a*), urbs dives (*ablativo con la preposición in*), dies festus y res difficilis.
13. Coloque todas las formas posibles del pronombre personal del singular (*inclusive is, ea, id*). Todas las oraciones deben ser traducidas al castellano. Sepulcrum.....valde placet. Diu.....cum/cum.....ante sepulcrum stabant. Rufus..... A patre in matrimonium petivit. Semper quaestiones difficiles proposuerunt. Semper.....memores erunt.
14. Conjugue en todas las personas del singular y del plural del perfecto y del pluscuamperfecto (con traducción al castellano): In horto stare.
15. Conjugue en presente y preste atención a la terminación del adjetivo en plural (con traducción al castellano): Beata esse dicor. Sanus esse videor. Carminibus delector
16. Compruebe el significado de la oración y luego tradúzcala al castellano y póngala en la voz pasiva en latín: Mater liberos lavat. Cur me advocatis? Omnes te aestimant. Cur nos non adiuvat? Pater infantem aegrotum portat. Auriga equum incitat.
17. Primero compruebe el significado de la oración, luego complétela con la forma correcta del ablativo y determine qué función sintáctica tiene: Quinque ann....in Hispania habitabamus. Milites saxa castell..... deiciunt. Auxili.....tu....mihi opus est. Iumenta magn....v....aratrum trahunt. Tempor.....praeterit... multa castella erant. Marcus et Manius magn.... diligenti.... Sunt
18. Traduzca por escrito la lección al castellano.

Lección 7

Temas

- Declinación en *-u-*
- Conjugación en *-i-* larga
- Conjugación en *-i-* breve
- Presente indicativo de la voz pasiva (conjugación en *-i-*)
- Perfecto y pluscuamperfecto indicativo en voz activa
 - Verbo irregular *ferre*
 - Verbo irregular *velle*
 - Uso del dativo
- Interrogativas directas

A

Claudia cum filia sermonem instituit

Mater: Quid nunc agis, Tullia?

Filia: Fabulam Aesopi memoriae mando.

Mater: Faciline versus memoriae mandas?

Filia: Ego versus celerius et facilius memoriae mando quam fratres.

Mater: Quid postea ages?

Filia: Clamorem gallinarum audio; pabulum iis dabo

Mater: Nonne pabulum praeparatum est?

Filia: Statim pabulum praeparabo. Etiam aquam e fonte nostro hauriam et gallinis apportabo.

Mater: Hodie duaegallinae desunt

Filia: Vicinum interrogabo. Gallinae saepe in fundum vicini transvolant aut transiliunt.

Mater: Quot ova gallinae cottidie ponunt?

Filia: Decem fere ova cottidie colligo. Heri duodecim ova inveni.

Mater: Hoc patri gaudio erit, nam ova ceteris cibis praefert. Quamlibet cenam ab ovo incipere vult. Saepe dicit: famen integrum afferro ad ovum. Interdum pater non irridicule interrogat: Cur gallinae nostrae non bina ova cottidie ponunt?

B

Num nos fefellistis, pueri?-Pueri a lacu reveniunt.-Lacus Proserpinae in agro Emeritae Augustae situs est.-Agricolae in domibus parvis habitabant.-Heri sero

venimus.-Quando venies?-Sero veniam.-Libenter matres nostras convenimus.- Libenter matrem conveniebam.-Ab omnibus bene videris et audiris.-Lege vincior.-Nos omnes legibus vincimur.-Aqua e fonte hauritur.-Ex quo fonte aquam hausistis?- Ex hoc fonte aquam haurire non poteritis.-Hanc aquam bibere non licet, nam pura non est.-Manus manum lavat.- Terra fruges parit.- Claudia Rufo tres liberos peperit.-Pater puerum aegrotum manibus suis fert.- Cur mihi auxilium non fers?-Fertisne nobis auxilium? -Homerus caecus fuisse fertur.- Omnes hominem falsum despiciunt.-Cur me despicatis?-Cur ab omnibus despicio?-Amici inimicique eum despexerunt.-Tibi bene volo.- Nonne etiam tu mihi bene vis?-Praemium, quod multu auferre voluerunt, is abstulit.-Celeriter omnes hostes superare et contigit.-Cur aquam non bibisti, quam ex fonte hauseram?-Gallinas diu reperire non potui, quae ad vicinum transvolaverant aut transiluerant.- Socii iis auxilio venerunt.

Ejercicios

19. Decline en singular y plural (con traducción al castellano): manus pura; cornu argenteum; versus pulcher.
20. Conjugue en voz activa en todos los tiempos aprendidos hasta ahora y traduzca en cada caso la primera persona del singular: Aquam haurio et apporto matri.
21. Traduzca y luego páselo a la voz pasiva en latín: Omnes eum bene audiunt.- Quando plerumque aquam hauris? Cur servum vincunt? Omnes me/ te/ eum domum recipiunt. Omnes me/ te/ eum domum recipimus. Omnes me/te/eum domum recipiunt.
22. Reemplace los verbos siguientes por las formas con el mismo significado de ferre y luego traduzca: portaveram, portavistis, portabimus, portabat, portas, portantur, portaris.
23. Traduzca y dé a continuación la forma de infinitivo: pariunt, parant, parent, parabat, parebunt, parient, paruerunt, paraverunt, pepererunt, parabam, paraveram, parueram, peperam, parebam, pariebam.
24. Traduzca y luego forme una oración utilizando velle (en el mismo tiempo y la misma persona): Matrem cottidie adiupo/adiuvabam- Quanto venisti/venies?- Claudia ova colligit/collegit.-Coepistine in horto laborare?- Pater te interrogavit.-Aquam hausi et matri apportavi.
25. Traduzca y luego construya una oración interrogativa: Gallinae desunt (espera una respuesta negativa/ con respuesta afirmativa). Dialogus iis placuit (respuesta incierta/respuesta afirmativa).
26. Traduzca a un correcto castellano las oraciones de la lección.

Lección 8

Temas

- Pronombre personal (plural)
- Pronombre relativo
- Pronombre interrogativo
- Pronombre demostrativo *ipse*
- Pronombre reflexivo no posesivo
Uterque
- Verbo irregular *ire*
- Presente subjuntivo voz activa

A

Rufus cum Marco et Manio, filiis suis, colloquium instituit
(Pars prior)

Pater: Vobiscum in silvam ire in animo habeo. Iam per longum tempus ligna domum non apportavimus

Manius: Nondum securim meam acui.

Pater: Acue quam celerrime securim tuam! Expectabimus te et paulo post abibimus.

Marcus: Hoc necesse non est. Mihi duae secures sunt; utraque acuta est. Alteram fratri in usum tradam, alteram in usum proprium reservabo.

Pater: Optime! Statim nos in silvam conferamus

B

Diu vos non vidi. Diu nos non vidisti. Vestri semper libenter memores erimus. Semperne nostri memores eritis? Omnia iis condicionibus feci, quas accipere potui. Homines saepe non sunt ii, qui esse videntur. Ii, qui iudicant, semper leges observent! Eos libros, quos emere volui, mihi comparare non potui. Multi memoriam eorum non libenter retinent, qui in eos ipsos antea beneficia contulerunt. Quo is? Quo istis? I domum! Ite domum! Ibam alia via. Legite hos libros! Lege hunc librum! Tace et audi! Tacete et audite! Sortem tuam animo aequo fer! Laboremus quam diligentissime! Intret! Intrent! Qui labor tibi place plurimum? Quis vestrum mecum in silvam ibit? Gaudeamus igitur, iuvenes dum sumus! Audiamus etiam alteram partem!

Ejercicios

27. *Remplace por formas de inire con el mismo significado (con traducción):* intrant, intremus, intrabam, intrabitis, intravi, intraveras, intra!, intrate!..
28. *Pase el verbo y el pronombre personal a la persona siguiente (ej., de "te busco" se pasa a "lo/la buscas", todo con traducción al castellano):* Tibi librum donavi. Cur te non interrogavi? Libenter tecum ambulo.
29. *Añada la forma correcta de is ea id y de qui quae quod (todo con traducción):* Tibi....nominare non possum,... hoc dixit (dos posibilidades)- Mihi....nominare non potui,... hoc dixerant (2)-Antea vos indomo habitavistis, innos nunc habitabamus. Heri....auxilium ferre potui,.....(2) mihi olim auxilium tulerat.
30. *Traduzca y a continuación decline:* Nomen ipsum Romanum. Is ipse portus. Mater ipsa.
31. *Traduzca el texto al castellano.*

Lección 9

Temas

Imperfecto y futuro I indicativo voz pasiva
Infinitivo presente voz pasiva
Pseudo-relativo

A

Rufus cum Marco et Manio, filiis suis, colloquium instituit
(Pars altera)

Pater: Nunc abeamus! Mater vestra nobis prandium bonum praeparavit. Quod in silvam feramus!

Marcus: Saepe a matre prandio excellenti recreabamur, neque enim raro a nobis in rebus domesticis adiuvabatur..

Manius: Statim equis iugum imponam.

Pater: Post laborem prandio delectabimur; deinde domum redibimus. Domi aqua calida lavabimur.

Marcus: Post laborem difficilem ac molestum aqua calida lavari necesse est.

Pater: Certe! Et postea paulum requiescamus!

B

Romani pani et circensibus gratis praebitis delectabantur. Etiam ego prandio bono delectabor. Lavabor, deinde libro bono delectabor. Versus bene edisce! Aliter a magistro reprehenderis. Versus bene ediscite! Aliter a magistro reprehendemini. Semper libris bonis delectabar. Felix videbaris. Felix videbamini. Felix videbar. Post laborem molestum aqua calida perlui necesse est. Pater vester agricola strenuus est; a quo exemplum capite!

Ejercicios

32. *Pase al imperfecto y traduzca:* Milites flumen traicere non videntur. Non bono animo videor. Nihil videmur debere praetermittere. Hostes victi videntur. Consul pater patriae nominatur.
33. *Pase al futuro I y traduzca:* Pigri videmur. Poena iis levis videtur. Dicimurne a liberis parentes boni? Nonne magister bonus dicitur?
34. *Sustituya por la forma correspondiente de reprehendere (con traducción al castellano):* Eam ne vituperemus! Vitupero; vituperabas; vituperabit; vituperavistis; vituperantur; vituperabar; vituperaberis.
35. *Traduzca y luego pase al pasivo en castellano y en latín conservando el sentido:* Puerum aegrotum in hortum feram (futuro I). Omnes me despicient. Mater liberos lavabat. Poetae boni versus eius non laudant. Semper eum laudabo. Antea discipuli libenter versus legebant. Liberi matrem libenter adiuvabunt.
36. *Traduzca el texto al castellano.*

Lección 10

Temas

- Grados del adjetivo
- Declinación del comparativo
- Construcción de adverbios
- Participio perfecto pasivo

A

Terra globus est, qui aqua, continenti atque insulis tegitur

Terra globus est. Populis antiquis tres partes terrae notae erant: Europa, Asia, Africa. Hodie plures partes novimus quam homines antiqui.

Europam multi populi incolunt. Populus noster in Hispania habitat. Hispania, patria nostra, in medio aevo multa saecula divisa erat.

Maior pars globi terrae aqua tecta est; minorem partem non solum humus, paludes, arenae, saxa lapidesque, sed etiam nives tegunt. In terra continenti et in insulis regna ceteraque genera civitatum patent, quae non solum montes, flumina, lacus atque maria, sed etiam ii fines inter se separant, quos homines ipsi constituerunt.

B

In Pyrenaeo montes alti sunt. In Alpibus montes altiores sunt qua in Pyrenaeo. In Caucaso altissimi montes sunt, qui antiquis temporibus noti erant. Canis celeriter currit, sed equus celerius currit quam canis; celerrime autem fama diffundi videtur. Claudia pulchre scribit, Aurelia pulchrius scribit quam Claudia; Clara pulcherrime omnium puellarum scribit. Rufus bene legit; manius melius legit quam Rufus, sed Gaius optime legit omnium puerorum.

Ejercicios

37. Construya tres oraciones en primera, segunda y tercera persona del presente activo en singular del verbo *dado* y el grado positivo, comparativo y superlativo del adjetivo o del adverbio correspondiente (ejemplo: *dibujo cuidadosamente*; *tú dibujas más cuidadosamente*, *Rufo*; *Claudia es la que dibuja más cuidadosamente*, *yo y tú se deben traducir necesariamente con ego o, en su caso, tu*). *scribere:accuratus-audire:bonus-esse: beatus* (todo con traducción al castellano).
38. Construya el comparativo y el superlativo de los siguientes adjetivos y adverbios. Mantenga el caso correspondiente (todo con traducción al castellano): *montium altorum; in domibus novis; labore difficulti, multos libros, mali mores. Cur scribis multum?*

39. Traduzca y decline en singular y en plural: regio remota, iter magnum, domus bene tecta, fides data.
40. Traduzca y determine el tipo de ablativo: anno proximo, manu propria, bono animo esse, Maxima diligentia opus est. Haec verba magna voce dixerat. Multo maius, metu vacuus, equo acri gaudere, multo celerius.
41. Traduzca el texto al castellano.

Lección 11

Temas

- Infinitivo perfecto voz activa
- Indicativo perfecto, pluscuamperfecto y futuro II de la voz pasiva
- Participio presente activo
- Completiva de acusativo
- Pasiva personal
- Subjuntivo exhortativo
- Predicativo

A

De solis atque de terrae et lunae motibus

Sol terrae lucem et calorem donat. Etiam luna lucem a sole accipit; noctu luna terram radiis lucis a sole acceptis illustrat. Praeterea luna in terra accessum et recessum aestuum provocat.

Astrologi motus solis, lunae stellarumque observant et defectiones soles atque lunae praedicunt.

Olim philosophis physicisque persuasum erat terram locum medium mundi esse; primus saeculo post Christum natum sexto decimo vir doctus terram circum solem, neque vero solem circum terram versari cognovit.

Non solum terra, sed etiam nonullae stellae errantes solem ita circumvolant ut luna terram; qua de causa terra quoque stella errans est. Sed ne sol quidem locum medium universi tenet.

B

Poeta doctus celebratus est. Imperator tertio anno, postquam domo profugerat, in Africam rediit. Cum pons factus erit, milites ab imperatore praemiis afficiuntur. Infantem dormientem ne e somno exsuscitemus! Te libenter cum fratre tuo ludere puto. Beati possidentes! Te saepe cum fratre tuo ludere video. Te infantem dormientem e somno exsuscitavisse putamus. Vos saepe in Graeciam navigavisse puto. Per multa saecula terram medium locum universi non tenere ignotum erat. Graecos Romanos in litteris artibusque superavisse quis ignorat?

Ejercicios

42. Traduzca y pase a la voz pasiva en castellano y en latín, respetando el sentido:
Diem natalem tuum agemus. Litteras scripseram. Quis puellas diligentes
praemiis affecerat? Amici eum e somno exsuscitaverant. Quis tibi persuasit?
Quando astrologi defectionem lunae praedixerant?
43. Traduzca y a continuación cambie la oración de relativo por una construcción de participio: Homines, qui omnia possident, saepe beati non sunt. Audimus
libenter eas aves, quae suaviter cantant. Stellae, quae solem circumvolant,
stellae errantes nominantur.
44. Convierta en subordinadas de puto las siguientes oraciones y tradúzcalas: Rufus
mihi similis est. Marcus et Rufus agricolae probi sunt. Semper optime
dormis. Hodie domi non sunt. Libenter libros bonos legis. Frater tuus nunc
in Italia habitat. Amicus tuus tibi facile persuadere potest.
45. Una las ideas expresadas de manera concisa con la conjunción cum y utilice en la
oración principal el futuro I activo y en la oración subordinada el futuro II activo
(todo acompañado de traducción al castellano): libros perlegere: tibi reddere (1
pers. sing.)- Consules creare: populus Romanus pacem fac...- libros reddere:
libros novos emere (1. pers. plur.). Domum aedicare: ibi habitare (3. pers.
plur.)- Saxa in oppidum transportare: architecto vendere (2. pers. plur.).
46. Señale los verba dicendi y sentiendi que aparecen en la lección 11
47. Traduzca el texto al castellano

Lección 12

Temas

Pronombres demostrativos *hic* e *ille*
Pronombre personal reflexivo
Adjetivos pronominales
Infinito perfecto pasivo
Completiva

A

De origine mundi
(Pars prior)

Publius Ovidius Naso, praeclarus poeta Romanus, de origine mundi generisque humani hanc fere fabulam narrat:

Temporibus antiquissimis chaos erat. Illa aetate neque solem, neque lunam, neque tellurem fuisse poeta narrat. Nulli rei formam propriam fuisse, sed in uno corpore frigida cum calidis, umida cum siccis, mollia cum duris permixta esse fama est.

Quod chaos deum in ordinem redegissee atque aquam terra separavisse poeta narrat. Diversa loca elementis a deo attributa esse in primo libro operis Ovidii quod “Metamorphoses” dicitur, legimus.

Antiqui physici aut mundum ex uno elemento aut ex quattuor elementis exstitisse putabant. Quae sunt: ignis, aer, terra, aqua.

B

Caesar milites pontem facere iussit. Caesar milites pontem rescindere vetuit. Caesar pontem rescindi vetuit. Caesar pontem rescindi non sivit. Quid nos semper verum dicere potest? Ovidium multos pulchros versus scripsisse constat. Caesarem de Idibus Martiis praemonitum esse fama est. Socrates se incolam totius mundi esse putabat. Alius alii auxilium ferebat. Aliud est maledicere, aliud accusare. Haec alia quaestio est. Alius alio more vivit. Tibi soli (= uni) omnia explicabo. Caesar se ulli genti barbarae iter per provinciam Romanam dare posse negavit. Nomina sunt aut masculini, aut feminini, aut neutrius generis. Hoc est illud quod quaesivisti. Hic Rhodus, hic salta.

Ejercicios

48. *Traduzca y pase luego la construcción de completiva al pasado (tiene que expresar claramente la anterioridad de la acción que describe la completiva).* Eum iam heri aegrotum fuisse puto. Eeum vos saepe salutare audivimus. Eum semper verum dicere constat. Se pecuniam in aerarium deferre affirmavit. Vos libenter libros bonos legere non ignoro.
49. *Traduzca y a continuación construya una oración dependiente de opus est:* Discipuli boni a magistro laudantur. Magister discipulos pigros qui exhortationes in tempore non faciunt vituperat. Discipuli boni in schola nihil agunt nisi res scholasticas. Discipuli boni latina lingua delectantur. Non scholae neque examinibus, sed vitae discimus (ut magister vobis semper dicit).
50. *Decline en singular y en plural:* haec domus; illud opus; iste homo ingeniosus
51. *Haga concordar el adjetivo entre paréntesis con el sustantivo correspondiente (con traducción al castellano):* (totus) urbis; (unus) fabulae (2), cum patre (solus). (Alius) milites in (alius) partibus aciei restiiterunt.(Alius) iter (nullus) Helvetiis erat.
52. *Traduzca el texto al castellano.*